



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panegyricvs, Die Natali Academiae Theodorianae
Paderbornensis, Reuerendissimo, atq[ue] Illustrissimo
Principi, ac Domino, Theodoro, Episcopo Ecclesiae
Paderbornensis, S. R. I. Principi, Fvndatori Eivs ...**

Horrion, Johann

Paderbornæ, 1616

Capvt VIII. Gratiae iuuentutis Academicae nomine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14243

Gratiæ Academicæ iuuentutis nomine.

QUID verò, Princeps Illustrissime, huic florentissi-
 me iuuentuti hodie animi credis esse? quantis in-
 cedere latitijs? quàm faustis te precationib. pro-
 sequi? Palam enim ijs litteris, quibus hodiernæ
 celebritati diem dixisti, professus es, eorum præcipuè te v-
 tilitati in instituenda Academia consulere voluisse. Vbi il-
 lud etiam pronuncias: (Spem omnem instaurandæ, atque
 ad pristinum decus reuocandæ Reip. hoc quidem tempore
 in recta tenerioris ætatis educatione positam esse.) Quod
 tametsi aliorum quoque sapientum hominum sit iudiciũ,
 putant sibi tamen in quodam eximij honoris loco ducen-
 dum, quòd à tam laudato Principe tanti fiunt, vt redinte-
 gratio salutis, ac dignitatis publicæ, ab se potissimum expe-
 ctetur. Quod si dictum duntaxat abs te esset, deberet sanè
 cuiuslibet quamuis remissi ac desidis adolescentis animũ
 ad teneram suam ætatem, omnibus, quibus optas, bonis
 artibus excolendam permouere. Iam verò postquam per-
 petua triginta annorum liberalitate, & cura id egeris, vt iu-
 uentutis studia inflammares, atque adiuares; qui his non
 mouebitur eum meritò lapidem habendum arbitrantur.
 Hodiernus sanè dies satis ostendit, quàm sint eũ præteri-
 tis tuis meritis, tum huius Academicæ foundatione ad omne
 laudabilium studiorum decus erecti. Quamquam enim in-
 genuè confitentur nihil se dignum hac tua Celsitudine,
 nihil tuis virtutibus, nihil tot beneficijs præstare posse, ta-
 men non ignari ab arbore, quam nunc primum plantaue-
 ris, ante flores esse repetiturum quàm fructus; atq; ad eò vo-
 luptatẽ, quã olim fructus sunt allaturi, jam ex ipsis florib. præ-
 cepturum; confidunt fore, vt sua studia, quamuis tenuia, &
 quasi

quasi immatura iucunda tibi accidant. Certè parietes nisi quid me fallit, omni versuum genere conuestiti: arcus, atq; emblemata plena ingenij: scenæ apparatus: Astronomica concertationes à nobilissimis adolescentibus, & Mathematicarum disciplinarum amantissimis susceptum: Theses de Philosophia naturali propositæ, aliaque de eodem genere, illustra quadam emolumenta breui Reipub. hanc Academiam allaturam esse Reip. pollicentur. Atque utinã fieri posset, ut dum stabit, perpetuò te saluo, & incolumi frui posset. Sane experiremur verum esse, quod ab agricolis dicitur: (Fertilissimum in agro esse oculum Domini.) Nunc, quod proximum est, vota assiduò faciemus, ut Deus immortalis maxima, atque vberissima apud cælestes tuis beneficij præmia jam nunc comparet, sed quò diutius cum Ecclesiæ, tum huic nouellæ Academiæ profis, serò te ad ea fruenda discedere patiatur. Apud posteros verò tuam vicè obibit hæc tua effigies in Gymnasii atrio posita, cui ascribi voluisti: (Te affectu, zeloq; boni publici quâ Religione, quâ Sapiencia procurandi, propagandique, Religioni quidem Templum, Sapienciæ verò Gymnasium Academicū, Collegium porrò Patrib. Societatis I E S V tanquã fidis vtriusq; thesauri dispensatorib. æternū consecraste.) Ex quo cum ea quæ nunc in Gymnasio litteris operatur, tū ea, uti cōfido, quæ post futura est inuentus intelliget: si hanc Academiam florentem videre, si tuæ optimæ voluntati obsequi, si beneficij gratiam gratiam referre volet, nunquam ab officijs religionis ac pietatis, nunquam à doctrinarum studiis, nunquam ab obsequio maiorum esse discedendum.

“

“

[Plinius
Lib. 18.
cap. 6.]

“

“

“

“

“

“

F I N I S.

quod totum mundum in se continet. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

Die 14. Aprilis. In diebus illis. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

Reverendissimo. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

Reverendissimo. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

Reverendissimo. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

Reverendissimo. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

Reverendissimo. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

Reverendissimo. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

Reverendissimo. Et sic patet non
esse in se totum mundum. Et sic patet non
esse in se totum mundum.

FINIS

PADERBORN

1717

1717